



IN DUODECIM PROPHETAS MINORES PROLEGOMENON.

D E singulis hifce Prophetis acturi, fufiori de omnibus fermoni parcendum esse cenfimus. Quare breviori hic utemur. Omnes in unum Librum collecti sunt, quanquam varia etate & loco vixerint, quod fcilicet finguli iuflo Libro minores effent (a). Nihil habent in numero myfterii. Minores appellantur, non merito quidem & autoritate, fed fcriptorum mole. Nec etate etiam a Majoribus Prophetis vincuntur; ex illis enim alii Ifaia vetuftiores funt, plerique vero Jeremiam, Ezechielem & Danielem etate fuperant. Plurimi fanè eorum fcripta ab Ecclefia reputata funt, non eo tantum nomine, quod plura ferverint vaticinia de adventu, rebus gerendis, obitu & refurrectione Mefſia, ſicut & de vocatione gentium, reprobatione Judæorum, everfione Jerufalem, cæremoniarum Legis abrogatione; fed ideo pariter, quod ab interitu plura hiftoriarum monumenta, ad Regna Juda, Ifrael, Babilonia, Ninive, Idumeg, Ægypti, Moab, & Ammom ſpectantia, vindicaverint; monumenta ed majori in pretio habenda, quò rariora funt ea, quæ cæteroqui apud hiftoriam Sacram ſuperfunt, & nulla prorfus quæ apud Propheta nam. Eo igitur Liber duodecim Prophetarum habendus eſt loco, quo ſupplementum hiftoriarum ejus & cæterarum, quæ deinde fecuta funt, rerum haberetur.

a Hieron. Prolog. 12. Prophet. Theodor. in Prov. Auguſt. lib. 18. de Civit. cap. 27.

Fruſtra e. g. quis deſcriptam exactius legeret hiftoriam excidii Babilonis, Ninive, Tyri, Sidonis, & Damafci, quam apud Jonam, Amos, Sophoniam, Nahum. Quis Prophetarum diſertius de rebus Judæorum poſt ſolutam captivitatem, quam Zacharias, Aggæus, & Malachias nos inſtruxit? Nonne apud illos leguntur expeditiones Alexandri Magni, Antiochi Epiphaniſis perfecutio, victoriæ Machabæorum, atque poſtremum Judæorum bellum per Romanos? Quæ fanè omnia ed apertiora funt apud illos, quò magis ad exitum Veteris Teſtamenti accedunt; voluit enim Deus majori luce eorum ſcripta perfundere, quò fcilicet Judæorum ſpes fulciretur, ne fortè integris quatuor ſæculis prophetiâ ab Ifraele faſcere juſſa, deficeret.

Horum Prophetarum pars in Regno Ifrael verſata eſt, quamquam alioqui illud in Religionis exercitio à Regno Juda ſeſſionem feciſſet. Plures enim ſanctiſſimos viros Deus in eo Regno fuſcitavit, qui nullam

in ſchiſmate Jeroboami, neque in cultu vultu aurei partem habere fuſtinerunt. Oſeas & Jonas in Regno Samariæ vaticinabantur. Amos, vix ab inito Prophetæ munere è Regno pulſus, in ditionem Juda faſſere coactus eſt. Joel, Michæas, Nahum, Sophonias, Habacuc ad Regnum Juda ſpectant. Habacuc, & Abdias excidium Jeruſalem oculis ſpectarunt, vitam etiam ultra eam etatem prorogantes. Aggæus, qui ſtans primum Templum viderat, ſecundo poſt captivitatem excitando adfuit. Ad eam etatem ſpectat Zacharias Prophetæ, quamquam in ulteriora vaticiniis ſuis excurrenit, cum Aggæi oracula intrâ Templi adificandi limites contineantur. Malachias omnium poſtremus ſub Nehemia floruiſſe videtur; totuſque in criminibus Sacerdotum miniſterium ſuum non fanctè obeuntium exaggerandis verſatur; ac tandem non obſcuro oraculo diem quandam Domini magnam prædicit, qua memorabilis de Urbe & Templo ultio armis Romanorum exigeretur.

Ordo duodecim Prophetarum in exemplaribus Græcis planè differt ab eo, quo in Hebraicis recenſentur (b); uterque vero diſcrepat ab ordine chronologico, in quem ſingulos digeſſimus, ut in Tabula infra appoſita. Apud Græcos quatuor majoribus Prophetis præponuntur; in Hebræo ſuccedunt Ifaia, Jeremias & Ezechiel; Danielem enim ſubjiciunt Libro Job, Pfal morum, & Sapientialibus.

Quis, quove tempore Prophetas illos recenſuerit, incertum. Communis ſententia attribuit Eſdræ, ſive Magnæ Synagoge, quæ ſingulos ordine, quem nunc ſervant, digeſſerit. Illorum omnium elogium Jeſus filius Sirach Eccli. 49. 12. his verbis complectitur. Et duodecim Prophetarum oſa pullulent de loco ſuo; nam corroboraverunt Jacob, & redemerunt ſe in fide virtutis. Author 4. Eſdræ 1. 39. illorum meminit, nominibus laudatis juxta ordinem Bibliorum Græcorum. Hunc autem alium fuiſſe à magno Eſdra, poſt Jeſu Chriſti etatem agentem, alibi obſervavimus.

XII. MINORES PROPHETÆ JUXTA ORDINEM QUEM TENENT

Table with 2 columns: In Textu Hebræo & Vulgata, In Exemplaribus Septuaginta. Lists 1. Oſee, 2. Joel.

b Vide Hieron. Prefat. in lib. Reg. & in 12. Prophet. & in Joel.

- 3. Amos. 4. Abdias. 5. Jonas. 6. Michæas. 7. Nahum. 8. Habacuc. 9. Sophonias. 10. Aggæus. 11. Zacharias. 12. Malachias.

- 3. Michæas. 4. Joel. 5. Abdias. 6. Jonas. 7. Nahum. 8. Habacuc. 9. Sophonias. 10. Aggæus. 11. Zacharias. 12. Malachias.

& Ezechia Regibus Juda, quorum primus Regnum inivit A. 3245. & Ezechias obiit A. 3306. Etate Jeremiæ ſuppar, quamquam in munere prophetandi tempore inferior.

5. Nahum ad Regnum Ezechiz poſt expeditionem Sennacherib, i. e. poſt A. 3291. pertinet.

6. Joel ſub Joſia, Jeremiæ coævus, agebat. Confer Jerem. 12. & 14. & 15. cum Joel 1. & 2. Joſias rerum poſitus eſt A. 3363.

7. Sophonias vivebat ineunte Joſia, & ante annum 18. ejuſdem Regis, cum ſcilicet rebus Religionis in ditione ſua reparandis operam daret, nempe A. 3381. & ante captam Ninive A. 3378.

8. Habacuc in Judæa oracula fundebat ineunte Regno Joachim, circa A. 3394. & antequam Nabuchodonofor in regionem veniret A. 3398.

9. Abdias Judæam præſentiâ ſua illuſtrabat poſt captam Jeruſalem A. 3414. & ante deſolatam Idumæam armis Nabuchodonoforis, quinquennio poſt captam urbem A. 3410.

10. Aggæus ante captivitatem agebat, captivique Babilonem deductus, tandem Jeruſolymam rediit. Vaticinatus eſt anno ſecundo Darii Hyſtaſpis, nempe A. M. 3484.

11. Zacharias eodem tempore, quo Aggæus, Prophetæ munus obibat.

12. Malachias nullam quidem in ſcriptis ſuis temporis notam expreſſit. Si cum Eſdra confundendus eſt, quod non temerè prorsus ſuſpicaremur, potuit ſub Nehemia, qui Judæam repetiit A. 3550. Prophetam egiſſe.

JUXTA ORDINEM CHRONOLOGICUM.

1. Oſee vaticinatus eſt ſub Ozia Rege Juda, qui Regnum inivit A. M. 3194. & ſub Joathan, Achaz, & Ezechia Regibus Juda, rerum potiente in Ifrael Jeroboamo II. cæteriſque poſt illum uſque ad everſionem Samariæ A. M. 3283. Munus Prophetæ egit Oſee ſpatio circiter 85. annorum; vitam autem produxit facile ultra 110. vel 120. annos. Hic tamen tamquam certum conſtituimus, quod cæteroqui dubium eſt & ambiguum, ut in peculiari ejuſdem Prophetæ prolegomeno demonſtrabimus; nimirum in primo ejuſdem Prophetiæ verſu totam periodum miſſionis illius deſignari.

2. Amos Prophetam egit ab A. M. 3219. Oziz Regis Juda tertio & vigefimo, ſextennio circiter ante obitum Jeroboami II. Regis Ifrael fatiſ functi A. 3220.

3. Jonas in Regno Ifraelis florebat ſub Joas, & Jeroboamo II. eodem circiter tempore, quo Oſee & Amos Joas diem clauſit A. 3179. & Jeroboamus II. A. 3220.

4. Michæas vixit ſub Joathan, Achaz,

DISSERTATIO

DE STATU RELIGIONIS IN DITIONIBUS JUDA, & ISRAEL POST FACTAM UTRIMQUE SECESSIONEM.

REGNUM JUDA

N Emini ignotum eſſe arbitror, res Judæorum religioſas poſt obitum Salomonis, factamque per Jeroboamum filium Nabat ſeſſionem, plurimum, ſi alias unquam, variatæ; rari tamen ſunt, qui exactè fatiſ norint, quas poſſiſſimum vices ſubierint; quibus Authoribus induſta varietas, quibuſque gradibus ad eum tandem impietatis & irreligionis gradum pervenerint, ut Dei vindicis iram ambo hæc Regna in ſe tandem induxerint. Singula hæc nos in præſentia fuſius exponenda de utroque ſeorſum Regno acturi, ſuſcipimus.

Quantum Principis exempla in utramque partem agendis populis valuerint, nullo fanè illuſtriori exemplo quam Salomonis docemur. Vir ille, cujus ſapientiam æquè ac Auſtinitiam, gloriam ſimul & exitium ignoraverit nemo, quem Cæſum eo conſilio fuſcitafſe videtur, ut ſpecimen exhiberet in quantam fortunam homo Dei gratiâ aspirante erigeretur, ſimulque Deo manum reducente in quantum miſeriarum errorumque abyſſum ſibi ipſi relictus proueret, vir ille, inquam, poſtremos vitæ ſuæ annos muliercularum amore ac deinde Idololatriâ ſœdiſſimè deturpavit (a). Ed etenim Rex ſapientiſſimus devenit, ut non amore tantum muliercula-

a 3. Reg. 11. 4. Cumque jam eſſet ſenex, depravatatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos &c.

b *Ibid.* *vers.* 1.  
Deut. 17. 17.  
Eccli. 47. 21.  
c *Ibid.* *vers.* 7.  
8.

rum captus, connubia à Lege interdicta, cum illis miscuerit (b), additæque prophanorum Numinum cultui uxores adsciverit; sed & Templâ singularum Numinibus excitarit (c), quæ ipse pariter cum illis deinde frequentabat. Ex eo tanquam primo omnium fonte derivata deinde mala omnia, quæ in torrentis morem universam Judæ, & Israelis ditionem inundarunt. Pronus enim in idololatriam populus uno Principum timore tanquam fræno continebatur; quo semel, sive pravo eorum Principum exemplo, sive indulgentiâ quadam & dissimulatione laxato, effuso in Idololatriam cursu proruerunt. Suscitavit quidem Deus identidem Reges pios & religiosos, sicut etiam Prophetas, qui minis, adhortationibus, autoritate habenas reducerent; sed illis fato sanctis, tanquam laxatis iterum habenis, majori studio ad priora studia convolabant; ut sub impio Rege compensatum quod sub pio detractum esset, novique additis criminibus veluti reparatam præcedentis temporis iacturam diceret.

Roboamus filius Salomonis, veritus, uti facile crediderim, ne, si forte qui in fide manserunt, populos ad avitam religionem cogere voluisset, pravo decem Tribuum exemplo ad defectionem inclinarent, integrum singulis fecit, ut quamcumque tandem Religionem sequerentur; qua deinde datâ viâ, omnis in ditionem Judæ, non secus ac Israelis Idololatria perripit (d). Tunc consecrata in collibus, & sub frondosis quibusque arboribus Altaria; passim luci, & Numinum simulacra, proficitæ scemina virique falacem Idolis cultum pro veteri incolarum Palestinæ olim depulso more præstabant.

d 3. Reg. 14.  
22. 23. 24.

e 3. Reg. 15. 3.  
f *Ibid.* *vers.* 11.

Abias Roboamo patri non in Regno tantum, sed etiam in vitiis successit (e). Venit tertius Afa filius Abiæ, Rex pius & religiosus (f): Idolorum eluvione repurgatâ, falaces superstitiones abolitæ; amota sacris Priapi, quibus præerat, ipsa Regis mater Maacha. Unâ tantum in re dignus reprehensione visus est, quod sacrificia & peregrinationes ad juga montium adhuc permisisset. Licet enim cultui veri Dei addita essent loca; inauspicatò tamen Deus alibi colebatur, postquam Jerosolymitanum Templum ad eam rem ipse sibi Deus destinaverat. Paternum exemplum pius Josaphat sequutus, Idololatriæ reliquias, quibus abolendis frustra pater suus laboraverat, repurgavit; quo tandem factum est, ut Religio floreret (g).

g 3. Reg. 22.  
43. 44. 47. . .

h 4. Reg. 8. 18.

Quæ optimè pius Josaphat constituerat, pessimè filius Joram subvertit; omniaque in ditione Judæ invexit, quæ antea Jézabel in Israellem deduxerat (h). Nam ductâ filiâ Achabi, simul cum illa Numinibus Phœnicum detestabili fœdere junctus est. Patris vestigia legit Ochozias [i], qui pariter connubiis cum domo Achab junctis, alienâ se non duxit mala omnia, quæ peculiariter sibi genus Achab habuerat. Ita Ochozias scelere cum eadem domo junctus, eodem pariter cum illa ultionis genere implicatus est, interfecit à

i 4. Reg. 8. 27.

Jehu eadem simul die Joram Rege Israel, & Ochoziâ Rege Judæ (k).

k 4. Reg. 9. 23.  
27.

Rerum potente Athalia, cultus etiam Baal in Judæa regnavit; sed Joas ineunte, Jozada fœdus inter Dominum totumque Regnum innovavit, quo novo religionis studio incensus populus, Fanum Baal ejusdemque simulacra subvertit, Mathan ejus Numinis Sacerdote ante ipsas aras morti devoto (l). Captum tam prospero omine Regnum Joas tandiù tenuit, quandiu Sacerdos Jozada, qui Principis animo dominabatur, in vivis egit. Quamquam id in eo Sacra Scriptura, quod in cæteris Principibus Judæ, reprehendit, nimirum edita loca ad Sacrificium Domini contra Domini præscriptum reservasse [m]. Anno Regni 18. sacra tecta Templi reparanda, ordinem Ministrorum & sacrificiorum innovandum suscepit; uno verbo, quamquam non sine crimine Joas vitam egerit, maxime vitâ sancto Jozadâ Sacerdote, res tamen religionis salvæ sub illo, quemadmodum & sub aliis post ipsum, manserunt (n).

l 4. Reg. 11.  
17. 18.

m 4. Reg. 12.  
2. 3.

In historia Azariæ, alio nomine Oziz, legimus, Regem illum muneri Sacerdotalis attentati ream, quippe qui ingredi in Sanctum thymiamati Domino offerendo ausus, leprâ percussus, exclusumque ab hominum cœtu solitarium ad obitum usque mansisse (o). Quo sanè documento discimus, de cultu Domini in Judæa nihil decessisse. Occurrunt nihilominus in sex prioribus Isaiæ capitibus plura, quæ sub eo Principe in ditionem Judæ licentiam invexit se docent. Expressa ibidem legimus injustitiæ, licentiæ, luxûs, ambitionis, avaritiæ ceterorumque ex opulentia & prosperitate deducitorum vitiorum exempla. Declamat Propheta in Idololatriam, tanquam in vulgare gentis crimen (p). Quare si quid in Scriptura de pietate Oziz legamus, id planè ad priores Regni annos referendum est, quo tempore consiliis Zachariæ Videntis regebatur (q), antequam superbam cervicem in Dominum erigeret. Exitum Regni habuit neque felicem neque à licentia immunem; quamquam enim Idololatriæ crimen palam non regnaret, seorsum tamen & privatim tolerabatur.

n 4. Reg. 14. 1.  
2. 3. 4. & 15.  
5. & 16. 34.

o 2. Par. 26.  
21.

Achaz rerum potitus non eâ tantum cautione Idololatriam permisit; sed omnia à decessoribus suis sanctè constituta subvertens, Regnum ad priora studia revocavit (r). Iterum sub illo cultus Baal & Moloch; quibus filium suum per ignem tractum initiavit. In cacuminibus montium mactatæ victimæ; luci Idolis consecrati. Cum olim Damascum venisset, acturus Teglatphalassari gratias, quod ejus armis à terrore exercitûs Syriæ & Israel liberatus fuisset; singularis operis Altari conspecto, par sibi Jerosolymis excitari Sacerdotis Uriæ ministerio curavit. Prophanum illud, veteri Holocauftorum amoto, & in septentrionali atrii plagâ relicto, in Templo Domini constitutum est (s).

p Isai. 1. 28.  
29. & 2. 6.  
& 3. 18.

q 2. Par. 26. 5.  
16.

r 4. Reg. 16.

Redux deinde Jerosolymam, jussit victimas non nisi super novum Altare immolari, plura etiam in Templo innovavit; nihilque de pristina impietate, atque in Deum

s 4. Reg. 16.  
10. 11. 12. &  
2. Par. 28. 1.  
2. & seq.

t Isai. 7. & 8.  
& 9.

Deum perfidiâ decedere sibi unquam passus est. Isaias (t), sub eo Rege in vivis agens, ejus imaginem ita depingit, ut Regem exhibeat pervicacem, perfidum, & jussionibus Dei refractarium, nec Deo nec hominibus intolerabili peccandi licentiâ ferendum. Author quarti Regum cultum ab illo impensum Numinibus Damasci & Syriæ asseverat, quod scilicet reputaret apud se Deos Syriæ cultoribus suis opem impendere. In eas angustias devenit, ut Sacrum omne Ararium, quod avaritiâ Regum Assyriæ expleret, illis tradere cogeretur. Oclusis Templi Domini foribus, ne flata sacrificia offerrentur, neve lampades incenderentur, ac tandem thura in Altari thymiamatis arderent prohibuit. Vicissim autem in angulis Jerusalem & in Urbibus totius regionis erecta passim Altaria offendebantur [u]. Is religionis status sub Achaz.

u 2. Par. 28.  
13. & c. &  
29. 7.

x 4. Reg. 18. 4.  
5. 6. & 2.  
Par. 29. & 30.  
& 31.

Prostratas igitur patris scelere Religionis res, Ezechias Imperio potitus erexit. Reclusæ ab illo Templi fores (x); restituta sacrificia, expiatum reparatumque Templum, dejectæ Aræ & Numinum simulacra, missique tandem ad reliquias decem Tribuum in ditione residuas, post deductos fratres illorum in Transsephrathæa per Salmanaasarem; missi, inquam, qui ad sacrificia & solemnia Domini invitarent. Eo tandem regnante, regnasse simul visa sunt Religio, Justitia, & Pietas, nihilque in illo vitii reprehenditur, quam quod plus nimio sibi complacens, divitias suas omnes coram Legatis Merodach Balam expandit (y). Dignus propterea, ut tanquam optimorum Regum Judæ exemplar & idea proponatur.

y 2. Par. 32.  
31. & Isai. 39.  
1. 2. & seq.

Illud tamen constat, sub eo Rege ingentium scelerum exempla in Judæa non decessisse. Isaias toto capite 28. 7. & c. invehitur contra nimiam crapulandi licentiam, cui Judæi omnes, ne Prophetis & Sacerdotibus exceptis, indulgebant. Minas intentantes Prophetas Optimates de ridiculo agebant, quippe qui dolo assueverant, & cum morte fœdus junxerant: aded verum est, sub optimis etiam Principibus suum esse vitio locum, à quo vix ac ne vix quidem pelleretur.

Quod olim & sæpè observatum est, filios nimirum raro patrum moribus assimilari, id Manassis filii Ezechiz exemplo etiam atque etiam confirmatur, è religiosissimo enim parente filius, si quis alius, felestissimus natus est. Nullum ab eo Idololatriæ genus alienum, nulla Templâ à patre abolita sub illo jacuerunt; ipse inter cultores Baal & Astorum; ipse supersticiosiorum lucorum consecrator (z). Altaria Numinum & simulacra vel ipsum Templi atrium prophanarunt. Filium per ignem iustravit, divinationes omnes, superstitiones, excantationesque magicas calluit; nihil sibi ad scelera reliquum fecit, ut vel Achaz iterum in vivis egisse diceret, vel Regem ipso demum Achaz iniquiorem.

z 4. Reg. 21. 2.  
3. & seq.

His omnibus alter malorum cumulus adjectus est, homicidia nempè & scelera, quibus populum suum implicuit. Deus im-

pium Regem Assyriis permisit, à quibus Babylonem captivus deductus, in vinculis detentus est (a). Quare tandem ad mentem revocatus, poenitudine criminum conceptâ, veniam impetravit; statimque Regno restitutus, inventum pessimo exemplo scandalum, meliori vitâ reparandum suscepit. Everfis proinde Aris & Idolis, pristinam Domui Dei religionem, iterum inductis super Altare Holocauftorum sacrificiis, restituit. Latis tandem edictis Domini cultum in universâ ditione sua asseruit. Unum hic inter tot sanctissimè à Rege constituta decessisse visum est, adhuc nimirum oblata in collibus & in vertice montium sacrificia. Amon ejus filius probis relictis, pessima patris exempla secutus est, nec tamen poenitentiam ejus proponendam sibi unquam suscepit (b).

a 2. Par. 33.  
14. 15.

b 2. Par. 33.  
21. 22. & 4.  
Reg. 21. 21.  
22.

Josias solida & sincera Religionis laudem in Scriptura meretur; nec post Davidem alter majori dignor elogio. Fateamur tamen oportet, plura sub eo Rege licentiæ, quæ olim sub Amone patre ipse per totam regionem discurrebat, vestigia superfuisse. Sophonias Propheta (c) in ipse ejus Regis crepundis & ante captam Nivem in vivis agens, crimina Juda vehementissimis verbis reprehendit. Exprobrata ab illo Idololatria, Astris super tecta Domorum impensus cultus, sacramenta in verba Melchom concepta, terga Domino versa; uno verbo, Regni corruptissimi ideam exhibet. Vehementior etiam Jeremias pieturam exprimit Regni, cui nihil ad scelera reliquum fuerat (d). Ex 2. Par. 35. 3. intelligimus ante annum 18. ejus Regni nondum Arcam Domini in Sanctuario clausam servari consuevisse, sed ferentibus Sacerdotibus per Urbes circumlatam; quod si ve lucelli captandi gratiâ, sive ut eluderentur ausus impiorum id studentium, ut Religio in Judæa profusè everteretur, factum credi par est.

c Sophon. 1. 1.  
2. 3. 4. & seq.

d Jerem. 1.

Itaque non nisi post annum 18. ejus Regis (e) contigit, ut Rex ille auditâ Legis lectione, discissis vestibus Holdam Prophetidem, Dei voluntatem comperturus, consuleret; fatebatur enim se & Judæos ditionis suæ omnes id commississe, ut scelerum suorum merito Dei terribilem ultionem in suum caput provocarent. Una post hac Regi cura, ut politiam quam optimam & puram, meramque Religionem constitueret. Innovatum tunc cum Domino fœdus, everfæ Aræ, dejecta Numinum simulacra, succissi luci, incendio absumpta Idola, prophanata montium cacumina, quæ ad id usque sacrificiis Domini offerendis, sed inauspicatò, destinata fuerant. Tandem nullo meliori documento intelligimus, quousque malorum Regnum Judæ pervenerat, quam ex relatione eorum, quæ sanctè ac religiosè Josias constitue rat; malorumque quæ pius Princeps reformavit; Altarium tandem Templorum & Idolorum, quæ desicienda curavit.

e 4. Reg. 22. 3.  
& seq.

Sed ne pius & religiosus Principem diutius Regnum haberet, scelera Judæ effecerunt. Namque cum Nechao Rege Egyptii commisso prælio, gravi contracto vul-

ne.